



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

10. De natis ex libero ventre

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

idque absque omni sententia iudicis. *Ancilla*
hoc. Cod. de Lat. libert.

Resp. 2. Ancilla libertatem consequitur, si
minus tradat eam nuptui, conficiens dote
strumentum, homini libero, etiam scienti ser-
tutem. *arg. L. un. C. de Latin. libert. toll.*

Resp. 3. Contracto matrimonio, consentiente
etiam Domino, à seruo cum serua, vel à seruo
cum libera, Domino non consentiente, non
muntur à potestate Domini & seruituti eius
Deciditur clarè in *cap. 1. h. t.* quia seruus se
gare non potest ad usum matrimonii, nisi in
tum Domino non præjudicat.

TITULUS X.

De natis ex libero ventre.

Q. 1. *In quibus casibus partus sequatur
trem?* *Resp. 1.* Quoad statum libertatis
seruitutis liberi non Patris, sed Matris condi-
nem sequuntur, quantum est *de iure communi*
adeoque si mater est libera, licet pater serua
rit, liberi erunt filii, & contra. *L. 7. C. de lib. p.*
un. h. t.

Resp. 2. Filii quoad familiam, nobilitatem
dignitatem sequuntur conditionem patris,
matris. *L. 19. ff. de stat. hom.* Ratio; quod
les recipiat esse à patre tanquam à causa prin-
liori & nobiliori, meritò quoad ea, que ad
& familiam pertinent, sequitur patrem.
tamen regula, quòd proles nata à patre non

nobilis sit, licet mater fuerit ignobilis, multum temperatur per statuta particularia locorum & provinciarum, dum in plerisque Ecclesiis Cathedralibus ad Canonicatus, in Aulis Principum ad solennes ludos equestres non admittuntur, qui nobilitatem suam ex linea utraque docere non possunt.

Q. 2. *Quid requiratur, ut proles sequatur conditionem maternæ servitutis?* Resp. Ut mater & tempore conceptionis, & intermedio, & natiuitatis fuerit serua; si enim uno ex his, etiam brevissimo, fuerit libera, v. g. prægnationis, etiamsi tempore partûs sit serua, proles nata libera erit, quantum est vi natalium. *pr. Inst. de ingenuis, L. 5. §. 2. ff. de statu hom.* Triplex tamen ab hac regula exceptio statuitur 1. in *L. fin. C. de serv. fugit.* dum ex privatâ ancillâ (licet libera) servus publicis operibus deputatus prolem suscipit, hæc una cum matre fit serua ob delictum patris. Deinde si pater libertus ob ingratitude revocatur in servitum, quo casu & filii post commissam ingratitude nati servi fiunt, etsi nati ex matre libera. *L. 2. §. filii. C. de libert. & eorum liberis.* Demum casu quo mater gerens utrum justo bello capta & in servitum redacta parit, proles quoque serua fit, non quidem vi natalium, sed quia occasione iusti belli beneficium à parentibus accepit, ne unâ cum matre interimeretur.